





# **IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)**



# Photographic Sciences Corporation

**23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503**

EEEEE  
2.8  
EEEEE  
3.2  
EEEEE  
2.2  
EEEEE  
2.0  
EEEEE  
1.8

**CIHM/ICMH  
Microfiche  
Series.**

**CIHM/ICMH  
Collection de  
microfiches.**



**Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques**

**© 1985**

**Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques**

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

- Coloured covers/  
Couverture de couleur
- Covers damaged/  
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/  
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/  
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/  
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/  
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/  
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/  
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion  
along interior margin/  
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la  
distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may  
appear within the text. Whenever possible, these  
have been omitted from filming/  
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées  
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,  
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont  
pas été filmées.
- Additional comments:/  
Commentaires supplémentaires:

L'institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured pages/  
Pages de couleur
- Pages demaged/  
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/  
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/  
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/  
Pages détachées
- Showthrough/  
Transparence
- Quality of print varies/  
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/  
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/  
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata  
slips, tissues, etc., have been refilmed to  
ensure the best possible image/  
Les pages totalement ou partiellement  
obscures par un feuillet d'errata, une pelure,  
etc., ont été filmées à nouveau de façon à  
obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/  
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
12X	16X	20X	✓	24X	28X

ails  
du  
modifier  
une  
image

The copy filmed here has been reproduced thanks  
to the generosity of:



Seminary of Quebec  
Library

The images appearing here are the best quality  
possible considering the condition and legibility  
of the original copy and in keeping with the  
filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed  
beginning with the front cover and ending on  
the last page with a printed or illustrated impres-  
sion, or the back cover when appropriate. All  
other original copies are filmed beginning on the  
first page with a printed or illustrated impres-  
sion, and ending on the last page with a printed  
or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche  
shall contain the symbol → (meaning "CON-  
TINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"),  
whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at  
different reduction ratios. Those too large to be  
entirely included in one exposure are filmed  
beginning in the upper left hand corner, left to  
right and top to bottom, as many frames as  
required. The following diagrams illustrate the  
method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la  
générosité de:

Séminaire de Québec  
Bibliothèque

Les images suivantes ont été reproduites avec le  
plus grand soin, compte tenu de la condition et  
de la netteté de l'exemplaire filmé, et en  
conformité avec les conditions du contrat de  
filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en  
papier est imprimée sont filmés en commençant  
par le premier plat et en terminant soit par la  
dernière page qui comporte une empreinte  
d'impression ou d'illustration, soit par le second  
plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires  
originaux sont filmés en commençant par la  
première page qui comporte une telle  
empreinte d'impression ou d'illustration, et en terminant par  
la dernière page qui comporte une telle  
empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la  
dernière image de chaque microfiche, selon le  
cas: le symbole → signifie "A SUIVRE", le  
symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être  
filmés à des taux de réduction différents.  
Lorsque le document est trop grand pour être  
reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir  
de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite,  
et de haut en bas, en prenant le nombre  
d'images nécessaire. Les diagrammes suivants  
illustrent la méthode.

27 Conciles N°1

## ACTA

# PRIMÆ SYNODI DIOCESANÆ

SANCTI GERMANI DE RIMOUSKI

Habitte 24a., 25a. et 26a. diebus Augusti  
1870



## CONSTITUTIONES SYNODEALES

Latae et promulgatae in dicta Synodo  
ab Illmo. ac Revmo. DD.

JOANNE LANGEVIN

PRIMO EPISCOPO SANCTI GERMANI DE RIMOUSKI

---

RIMOUSKI

Ex Typis "La Voix du Golfe"

1871


2

P

H

27 Brouillons N°1

ACTA



# PRIMÆ SYNODI DIOCESESANÆ

SANCTI GERMANI DE RIMOUSKI

Habitæ 24a., 25a. et 26a. diebus Augusti  
1870



NEC NON

## CONSTITUTIONES SYNODALES

Latae et promulgatae in dicta Synodo  
ab Illmo. ac Revmo. DD.

JOANNE LANGEVIN,

PRIMO EPISCOPO SANCTI GERMANI DE RIMOUSKI

Bibliothèque,  
Le Séminaire de Québec,  
3, rue de l'Université,  
Québec 4, QUE.

PRI

Dei

Dilec

S

porib  
ex E  
diœc  
Gen  
XX.  
tione

a nō  
nunc  
sis Q  
Illus  
pron

ædib  
prez  
deck

bccc

# ACTA

## PRIMÆ SYNODI DICECESANÆ STI. GERMANI DE RIMCUSKI

### LITTERÆ PRO SYNODI CONVOCATIONE

**JOANNES LANGEVIN,**

*Dei et Apostolicæ sedis gratia primus Episcopus Sancti Germani de Rimouski,*

Dilectis in Christo Cooperatoribus nostris, cuiam animarum gerentibus, omnibusque ex nostræ diocesis Clero Filiis,

### SALUTEM ET BENEDICTIONEM IN DOMINO

Semper in usu habuit Sancta Ecclesia ut celebrarentur, temporibus statutis, Synodi, non solum Oecumenicæ Provincialesque, ex Episcopis constitutæ, sed etiam Diocesanæ, ex uniuscujusque diocesis clero constantes. Hac in parte, veterum Conciliorum Generalium vestigiis inhærentes, Patres Tridentini (*Sess. XXIV, de Reformatione*) decretum ediderunt de eorum celebratione.

His salutaribus monitis otemperare cupientibus, Nobis jam a nostro inter vos ingressu indicere Synodum in animo fuit, nuncque, cum muneris sit nostri synodaliter Concilii Quebecensis Quarti Decreta mœ⁹ in lucem edenda, juxta notitiam Nobis ab Illustrissimo ac Reverendissimo Archiepiscopo nostro traditam, promulgare, omni cunctatione pretermissa, convocare statuerus.

Quapropter his presentibus Litteris nostram Synodum, in aedibus Seminarii nostri, vigesima quarta die mensis augusti proxime recurrentis inchoandom indicimus, scuti indictam declaramus. Erudit habebitur congregatio preparatoria

Cujus Synodi processus admodum erit predicti Concilii Quebecensis Quarti Decretorum promulgare, nonnullaque san-

cire de Hierarchia ac Disciplina ecclesiastica, de Cultu divino,  
de Parochiarum Administratione et Reformatione, necnon de  
juventutis Institutione.

Omnes qui de jure Synodo interesse debent, convocare in  
promptu non habentes, ne Fidelibus spiritualia omnino auxilia  
desint, quosdam tantum hac vice seligimus.

Futuræ autem Synodo interesse volumus et jubemus:

Vicarium nostrum Generalem, Secretarium, Majoris Minorisque Seminarii nostri Rectores, Archipresbyteros omnes, atque unum ex singulis duobus Parochis seu Missionariis, tam Secularibus quam Regularibus, in adjuncta schedula sub eodem numero recensitis. Quos omnes ad dictam Synodum per præsentes Litteras convocamus, ac virtute obedientiae cogimus, nisi legitime excusatos et de excusationum approbatione certioratos.

Quod autem alios Parochos spectat, si præsentiam suam in paroeciis necessariam judicaverint, fideliter maneant; sin autem, Synodo interesse minime prohibitos volumus.

Sed, cum sine Deo nihil possimus facere (*Joann. XV. 5.*), insuper edicimus ut statim a Litterarum præsentium acceptance usque ad absolutam Synodum, omnes et singuli Sacerdotes Orationes *pro omni gradu Ecclesie* ad missam quotidie recitent, post Orationes de *Spiritu Sancto*. Quin et fideles monere non omittant de impetrando, per enimissimas preces ac devotissimas communiones, ut feliciter Synodales tractationes evolvantur et consummen tur in laudem Domini Nostri Jesu Christi, in honorem Beatissimæ Virginis Mariæ et Sanctorum Josephi et Germani, ad ædificationem quoque nostram, totiusque hujus Diœcesis utilitatem.

Datum apud Sanetum Germanum, sub signo sigilloque nostris, ac subsignatione secretarii nostri, anno Domini supra millesimum octingentesimo septuagesimo, die duodecima mensis julii.

† JOANNES, EPUS. STI. GNI. DE RIMOUSKI.

De mandato Illustrissimi ac Reverendissimi Episcopi Sti. Germani de Rimouski,

J. B. BLOUIN, Ptr.,  
*Secretarius.*

SCHEDULA

- 1o Parochus Ecclesiæ cathedralis.
- 2o Imm. Conceptionis (*Détour du Lac.*)
- 3o S. Georgii (*Cacouna*) et S. Arsenii.
- 4o S. Modesti et S. Epiphanii.
- 5o Decollationis S. J. B. (*Ile Verte*) et S. Eligii.
- 6o S. M. ad Nives (*Trois Pistoles*) et S. Franciscæ.
- 7o S. Simonis et S. Matthæi.
- 8o S. Fabiani et S. Cœciliæ (*Bic*).
- 9o S. Anacleti.
- 10o S. Luciæ et S. Flaviæ.
- 11o S. Angelæ et S. Octavii.
- 12o Assumptionis (*McNider*) et S. Ulderici.
- 13o S. Hieronymi (*Matane*) et S. Felicitatis.
- 14o S. Norberti (*Cap Chat*) et S. Annæ (*des Monts*).
- 15o S. Maximi (*Mont Louis*) et S. Martini (*Riv. au Renard*).
- 16o S. Patritii (*Douglastown*) et S. Petri (*Malbaie*).
- 17o S. Michaelis (*Percé*).
- 18o Assumptionis (*Grand Rivière*) et S. Georgii (*Port Daniel*)
- 19o Purificationis (*Paspébiac*) et S. Bonaventuræ.
- 20o SS. Ang. Custodum (*Cascapédia*) et S. Birgittæ (*Maria*)
- 21o S. Josephi (*Carleton*) et S. Joannis Evangelistæ.
- 22o S. Annæ (*Ristigouche*).
- 23o N. D. (*Natashquan*) et S. Petri (*Pte. aux Esquimaux*).
- 24o Assumptionis (*Betsiamis*) et S. Vitalis (*Moisie*).

Juxta Coeremoniale Episcoporum (Lib. I, C: p. XXXI, 3) per unum mensem ante dictam diem 24 am. Augusti Schedula manu Cancellarii subscripta, Ecclesiæ Cathedralis valvis affixa est subsequenti tenore :

“ *Prima Synodus Diœcesana Sti. Germani de Rimouski, per Reverendissimum Dominum D. Joannem Langevin, pri-mum Episcopum Sancti Germani de Rimouski indicta, die vi- gesima quarta Augusti currentis anni, Deo adjuvante, in Ca-thedrali Ecclesia inchoabitur.* ”

“ *J. B. BLOUIN, Ptr., Cancellarius.* ”

Tribus proximis diebus Dominieis ante dictam diem, denunciata quoque fuit Synodus populo, quem hortati sunt pastores ad preces, communiones aliaque pia opera pro ejusdem Synodi felice fructuosoque progressu et exitu.

## CONGREGATIO PRAELIMINARIA

Pridie ejus diei qua Synodus inchoanda erat, id est, 23a. Augusti, post quinque dies intra spiritualia exercitia exactos, R. P. Petro Point, S. J. dirigente, hora quarta post meridiem, convenerunt, secundum intimationem, in aula majori domus episcopalnis, sacerdotes ad Synodum vocati, cum habitu ordinario, videlicet, veste talari; ingressoque RR. DD. Episcopo, cum rochetto, mozzetta et stola rubri coloris, omnes genuflexerunt, invocationemque Sancti Spiritus atque salutationem angelicam recitaverunt.

Tunc omnibus sedentibus, Revni D. Episcopi jussu, lectæ sunt præfatae Litteræ convocationis, æque ac sequens

### ORDO IN PRIMA SYNODO DIOCESES STI. GERMANI DE RIMOUSKI SERVANDUS

I. Cum, inter sacerdotes ad hanc Synodum vocatos, sint aliquot qui totius Dioecesis rebus quodam modo adhibentur, alii vero certis partibus tantum, sequentem ordinem scrvandum judicavimus, scilicet,

Post Episcopum, primuni locum tenebit Vicarius noster Generalis;

Secundum, Secretarius seu Cancellarius;

Tertium, Majoris Minorisque Seminarii nostri Rectores, juxta ordinationis tempus;

Quartum, Archipresbyteri, secundum ad hoc munus promotionis tempus;

Quintum, Parochi et Missionarii, in ordine quo parœciæ

denun-  
tores ad  
li felice

IA

st, 23a.  
ctos, R.  
eridem,  
domus  
dinario,  
o, cum  
xerunt,  
gelicam

1, lectio

DE

tos, sint  
tur, alii  
vandum

noster

electores,

ius pro-

arceiæ

seu missioni præfecti sunt. Quod si plures eodem die præfecti fuerint, spectatur tempus ordinationis; et si etiam in ordinationis die convenient, habenda est ratio rotatis. Omnes vero alios parochos præcedet Cathedralis nostræ ecclesie parochus.

II. In hac Synodo, omnia tractabuntur per Congregationes privatas, per Congregationes generales, ac in solemnibus Sessionibus.

III. Quinque erunt Congregationes privatae, videlicet: 1o de Disciplina ecclesiastica; 2u de Cultu; 3o de parochiarum Administratione; 4o de juventutis Institutione; 5o de Reformatione. Unaquaque, cui præcerit sacerdos a Nobis electus, secretarium sibi eliget.

IV. Congregationes generales ex omnibus ad synodus vocatis, neenon ex officialibus, constabunt. Præses erit Vicarius noster Generalis, ipsoque absente, antiquior archipresbyterorum.

V. Officiales prædicti erunt sequentes: duo Promotores, unus urbanus, alter ruralis; Cancellarius seu Notarius et substitutus: cæremoniârum Magister cum substituto; duoque Cantores.

VI. In Congregationibus privatis disceptabitur exclusive de rebus quæ a Nobis ad unamquamque referentur. Secretarii singularum relationes ad Synodi cancellarium mittendas perseribent. Congregationis generalis Præsidi statim illas exhibebit Cancellarius.

VII. Congregatio generalis has relationes expendet ordine qui a Præside determinabitur, Cancellario auxiliante; posteaque alia negotia quæ a Nobis indicari poterunt, nihilque aliud. Sententiam suam humiliter et temperate evolvet unusquisque, juxta ordinem jam præscriptum, a Præside interpellatus. Nemo ex semetipso loquetur, nec suffragia numerabuntur; sed Notarius vel ejus Substitutus uniuscujusque animadversiones sedulo notabit, ad Nos transmittandas per Præsidem, ut quod Nobis opportunius videbitur decernamus.

VIII. Præcedenti die qua inchoanda est Synodus, post

debitam intimationem, habebitur congregatio præliminaria, in qua legetur hic Ordo, proclamabunturque Officialium nomina, et eorum quibus constabunt Congregationes privatae cum uniuscun-  
jusque Præside.

Quapropter Reymus. Præsul jussit proponi nomina officialium Synodi, reeonon eorum quibus constarent singulæ Congregationes privatæ, illorumque præsidum, ac judicum querelarum et excusationum. Statuit insuper modum vivendi in Synodo, ac sequentis diei cœremoniale sessionis, et postquam horam octavam cum quadrante indicaverit ad secretarios congregationum particularium eligendos, cœtum dimisit cum B. M. V. invocatione.

Vespere, hora prædicta, electi sunt secretarii.

MODUS VIVENDI IN SYNODO

5a hora A. M .....	Surrectio
a 5½ ad 6am .....	Oratio mentalis
6½ .....	Sessio solemnis
a 9a ad 11am .....	Congregationes privatae
11½ .....	Examen conscientia
11½ .....	Prandium
a 12a ad 1½am P. M. ....	Recreatio
a 2a ad 4am .....	Congregatio generalis
a 4a ad 4½ .....	Recreatio
a 5a ad 6am .....	Congregationes privatae
a 6 ad 6½am .....	Expositio SS. Sacramenti
6½ .....	Cœna
a 7a ad 8am .....	Recreatio
a 8a ad 9am .....	Congregatio generalis
9a .....	Oratio vespertina

inaria, in  
nomina, et  
uniuersit-

na officiali-  
Congrega-  
relarum et  
Synodo, ac  
m octavam  
num parti-  
cipatione.

llis  
is  
es privatae  
cientiae

generalis  
es privatae  
Sacramenti

generalis  
rtina

## PRIMA SESSIONE SOLEMNIS

Hora sexta cum dimidia ante meridiem, die vigesima quarta Augusti, anno Domini octingentesimo-septuagesimo supra millesimum, id est, feria quarta B. Bartholomeo Apostolo sacra, Clerus superpelliceo induitus, precedentibus clericis cum aqua benedicta alioque crucem deferente inter duas acolythos cum candelis accensis, comitatus est Illum ac Revnum. Episcopum a domo episcopali ad ecclesiam cathedralem. Qui Synodo interessent, stolam gerebant rubri coloris, Pontifex vero rochettum et cappam magnam. Omnes incedebant processionaliter secundum ordinem jam prescriptum, litanias B. M. V. cantantes in via et circa ecclesiam ipsam. Missa de *Spiritu Sancto* pontificaliter celebrata est absque ulla commemoratione, et Sessione habita juxta Pontificale.

Ante omnia, sermo ad populum a R. P. Petro Point, S. J. Tum, Episcopus ante faldistorium genuflexus praintonat antiphonam, sedetque cum mitra per psalmum et antiphonæ repetitionem. Surgit capite detecto ad orationem *Adsumus*, dein genuflectit pro litiis, rursusque surgit sine mitra pro orationibus, post quas ascendit ad sedem paratam in plano altaris ad benedictionem incensum; stansque respicit ad diaconum evangelium canentem: huc finito, librum osculat et incensatur. Tunc cautatur *Veni Creator*, quo absoluto, Episcopus sic alloquitur Synodum:

### SERMO AD SYNODUM DIOCESANAM

“ Fratres nostri charissimi,

“ Maximas Deo gratias agimus quod, infinite Ejus bonitate, hodie vos circa Nosmet tanquam coronam videamus adunatos, et inenarrabili gaudio gaudet cor nostrum, quia, postquam recons Nobis à Domino datum fuit cum Principibus sedere, cum Principibus populi sui, in Sacrosancto Ecumenico Vaticano Concilio, hac auspicata die datur primam nostram Synodum celebrare dioecesanam.



“ Ut autem felicem exitum, a Matre Ecclesia optatum, producat iste præsens cœtus, interest vos clare et distincte naturam, finem viisque illius intelligere. De his ergo omnibus virum eruditissimum in domo Dei lucentem consulamus, Benedictum Decimum Quartum, immortalis memoriam.

“ Hoc doctore duce, dicamus Synodum Diœcesanam esse conventum “ab Episcopo ex parochis aliisque Presbyteris et clericis suæ diœceseos congregatum, quibus ipse præest.” — “ Generatim in illa dobet Episcopus constituere quæ ad vitia coercenda, virtutem promovendam, depravatos populi mores reformandos et ecclesiasticam disciplinam aut restituendam, aut fovendam, necessaria et utilia esse judicaverit.” Ad hunc finem attingendum, modo “novæ conduntur leges,” modo “expedit antiquas tantum instaurare, earumque insistere observationi.”

“ Quod ad nos attinet, sanctissimis Concilii Tridentini decreatis, Summorum Pontificum Constitutionibus, ac nostræ Quebecensis Provinciæ quatuor conciliorum hucusque celebratorum sanctionibus in primis adhærebimus, paucis solummodo statutis particularibus additis, ex temporis vel loci circumstantiis requisitis.

“ Si vero utilitatem hujusmodi cœtus cognoscere voluerimus, Patres cujusdam Concilii Provincialis Coloniensis audire sufficiet: ‘In Synodis, aiunt, redintegratur unitas, studetur corpori in sua integritate conservando; ubi ea, quæ in visitatione non dabatur exequi, executionem studiis communibus assequuntur; ubi de capite et membris, de fide et pietate, de religione et cultu divino, de moribus et disciplina, de obedientia, de judiciis, et rebus omnibus ad bene christianeque vivendum commodis vel necessariis tractatur atque statuitur, ut verissime in reformationis formula dicatur: Salus Ecclesiæ, terror hostium ejus, et Fidei Catholicæ stabilimentum sunt Synodi, quas etiam rectissime corporis Ecclesiae nervos dixerimus. Neglectis enim Synodis, non aliter ecclesiasticus ordo disfluit quam si corpus humanum nervis solvatur.’

“ Opus nostrum igitur, Fratres dilectissimi, animo docili at-

que corde magno aggrediamur; in mansuetudine et fraterna  
unione prosequamur; tandem cum zelo, firmitate ac perseveran-  
tia, in charitate Christi, sub protectione Immaculatae Virginis,  
Beati Josephi, totius regionis Patroni, et Beati Germani, hujus  
diœcesis Titularis, perficiamus."

Postea Promotorès pridie designati ab Episcopo sequentibus  
verbis rogan ut Synodus aperta declaretur :—

*Reverendissime Pater, ad implendum munus quod demanda-  
vit nobis Amplitudo Tua, humiliter postulamus ut haec Diœcesa-  
na Synodus inchoata declaretur.*

Revmus. Præsul respondet : *Declaretur inchoata.*

Cancellarius similiter pridie designatus ambonem ascendit  
in presbyteratu, hocque Statutum legit alta voce :—

#### DE APERIENDA SYNODO

Ad gloriam Dei Omnipotentis, ad honorem Beatissimæ  
semperque Virginis Dei Genitricis Mariæ, Sti. Josephi, Regionis  
Canadensis Patroni, Sti. Germani, hujus Ecclesiae titularis, et  
omnium Sanctorum, hac ipsa die, vigesima quarta mensis augusti  
currentis anni, præsentem Synodum nostra Episcopali auctoritate  
inchoari decernimus ac inchoatam declaramus.

Volumus insuper ut si forte contigerit aliquos debito in  
lœco non sedisse, sive in sessionibus, sive in congregationibus,  
nulli propterea præjudicium generetur, nullique novum jus  
acquiratur.

Deinde similibus cum cœremoniis leguntur sequentia Edic-  
ta :—

*Reverendissime Pater, velit Amplitudo Tua edictum dare  
de non discedendo a Synodo sine licentia.*

#### DE NON DISCEDENDO A SYNODO

Omnes et singulos ad hanc Synodum vocatos huicque  
interessentes sub poenis à Nobis decernendis prohibemus ab urbe

Sti. Germani discedere, nisi absoluta de jure et dimissa Synodo, aut à Nobis facultate concessa; quin, et huic Synodo et omnibus in ea gerendis interesse jubemus eisdem poenis propositis.

*Reverendissime Pater, juxta munus nostrum, poscimus ut nomina eorum qui ad Synodum vocati sunt, ejusdemque Officialium, necnon et Judicium querelarum et excusationum nunc legantur.*

DE NOMINUM PROCLAMATIONE

De jussu Illustrissimi ac Reverendissimai Domini, Domini Joannis Langevin, Episcopi hujus Ecclesiae Sancti Germani de Rimouski, mox proclamabuntur nomina omnium qui ad praesentem Synodum vocati sunt, et singuli praesentes respondebunt: *Adsum.*

NOMINA RORUM QUI AD SYNODUM VOCATI SUNT

*Aderant:*

Admodum Reverendus D. Edmundus Langevin, Vicarius Generalis.

Reverendus D. Joannes Baptista Blouin, Secretarius Caniculariae episcopalis.

Rev. D. Ferdinandus Laliberté, Min. Sem. Rector.

Rev. D. Desideratus Vézina, Maj. Sem. Rector.

Rev. D. Simeon Mareau, Archipresbyter, parochus Sancti Simonis.

Rev. D. Joannes Cleophas Cloutier, Archipresbyter, parochus Sti. Georgii, vulgo Cacouna.

RR. DD. Alphonsus C. Winter, parochus cathedralis ecclesiae Sti. Germani de Rimouski.

Octavius Hébert, par. Sti. Arsenii.

Joan. Lazarus Marceau, par. Decollationis Sti. Joan. Bapt. vulgo Ille-Verte.

Joan. Bapt. Gagnon, par. B. M. ad Nives, vulgo Trois-Pistoles.

- Synodo,  
omnibus  
imis ut  
ue Offi-  
m nunc  
Domini  
Germani  
qui ad  
respon-  
T  
Vicarius  
us Can.  
as Saneti  
er, paro-  
thedralis  
n. Bapt.  
go Trois-
- Augustinus Ladrière, par. Sti. Fabiani.  
Ludovicus Desjardins, par. Stee Cecilie vulgo Bic.  
Eduardus Guilmet, par. Stæ. Lucie.  
Petrus Saucier, par. Sti. Patritii vulgo Douglastown.  
Napoleo Thivierge, par. B. Michaelis, vulgo Percé et Sti.  
Josephi vulgo Cap d'Espoir.  
Petrus Audet, par. Sti. Octavii vulgo Metis.  
Antonius Chouinard, par. Sti. Mathoi.  
Omer Normandin, par. Sti. Bonaventuræ.  
Martialis Bilodeau, par. Stæ. Annae, vulgo Des Monts.  
Franc. Xav. Guay, missionarius Sti. Epiphani.  
Ludovicus Nic. Bernier, par. Immaculatae Conceptionis  
vulgo Notre-Dame du Lac.  
Lucas Rouleau, par. Sti. Hieronymi vulgo Matane.  
Damasus Morisset, par. Stæ. Angelæ Mericis et Sti. Donati.  
J. Octavius Drapeau, missionarius Stæ. Franciscæ.  
Maglorius Moreau, par. Sti. Modesti.  
Carolus Guay, administrator Stæ. Flavie.

Aberant :

- RR. DD. F. Adelmus Blouin, Archip : par. Assumptionis  
vulgo Grande Rivière et Stæ. Adelaidis vulgo Pabos.  
A. Andreas Marcoux, par. Sti. Norberti vulgo Cap-Chat.  
Cyprianus Lebel, par. Sti. Ulderici.  
Joan. Bapt. Blanchet, par. Sti. Eligii.  
Josephus Beland, par. Sti. Anacleti.  
Josephus Dumas, par. Assumptionis vulgo McNider.  
Maglorius Fournier, par. SS. Augelorum Custodum vulgo  
Cascapédiac.  
Carolus Fournier, par. Purificationis vulgo Pasplbiac.  
Narcissus Lévéque-Lafrance, par. Sti. Georgii vulgo Port  
Daniel et Sti. Dominici vulgo New-Port.

Andræas Audet, par. Stæ. Brigitæ vulgo *Martin*.

Josephus Octavius Perron, par. Stæ. Felicitatis.

Franc. Xav. Bossé, par. Sti. Martini, vulgo *Rivière au-Renard*.

Julianus J. Auger, par. Sti. Joannis Evangelistæ vulgo *Nouvelle*.

David Roussel, Missionarius Sti. Maximi vulgo *Mont-Louis*.

Philippus Moreau, Mission. loci vulgo dicti *Moisie*.

J. Jesse Pérusse, Mission. Sti. Petri vulgo *Pointe-aux-Esquimaux*.

Ludovicus Arpin, Mission. loci vulgo dicti *Nataskouan*.

J. Josue Lepage, par. Sti. Petri vulgo *Malbaie*.

Jos. Hercules Léonard, Mission. Stæ. Annæ vulgo *Risti-gouche*.

Rev. P. Carolus Arnaud, Obl. Mar. Immac. Mission. loci vulgo dicti *Betsiamis*.

NOMINA OFFICIALIUM PRIMÆ SYNODI DIOCESEOS SANCTI  
GERMANI DE RIMOUSKI

*Promotores*.—Reverendi Domini Petrus Alphonsus Winter, parochus ecclesiæ cathedralis Sti. Germani de Rimouski, et Joannes-Baptista Gagnon, parochus Stæ Mariæ ad Nives, vulgo *Les Trois-Pistoles*.

*Cancellarius et Notarius*.—Rev. D. Joannes Baptista Blouin, secretarius cancellariæ episcopalnis.

*Substituti*.—RR. DD. Polydorus Moreau, sacre theologiae ac philosophiae doctor, cathedralis ecclesiæ vicarius, et Desideratus Vezina, majoris Seminarii Rector et theologiae Professor.

*Magister Cæremoniarum*.—Rev. D. Josephus Octavius Simard, in minore Seminario professor.

*Substitutus*.—D. Jacobus Gagné, acolytus et diaconesis sub-secretarius.

*Cantores*.—RR. DD. Augustinus Ladrière, parochus Sti.

Fabiani, ac Ferdinandus Elzearus Couture, in minore Seminario  
Studiorum Praefectus.

NOMINA EORUM QUIBUS CONSTABUNT CONGREGATIONES  
SYNODALES

*Præses congregationis generalis*

Admodum Reverendus Edmundus Langevin, Vicarius  
Generalis, cui licebit cunctis congregationibus privatis adesse.

CONGREGATIO DE JUVENTUTIS INSTITUTIONE.

Rev. D. Cloutier, *præses*.

RR. DD. Couture, *Secret.* Gagnon, Laliberté et Rouleau.

CONGREGATIO DE REFORMATIONE.

Rev. G. S. Marceau, *præses*.

RR. DD. Petrus Audet, J. B. Blouin, Chouinard, Drapeau,  
*Secret.* et Laz. Marceau.

CONGREGATIO DE DISCIPLINA

Rev. D. Saucier, *præses*.

RR. DD. Bilodeau, Pol. Moreau, Normandin, *Secret.* et  
Vézina.

CONGREGATIO DE CULTU

Rev. D. Desjardins, *præses*.

RR. DD. Car. Guay, Guilmet, Maglorius Moreau, Simard,  
*Secret.* et Thivierge.

CONGREGATIO DE PAROCHIARUM ADMINISTRATIONE

Rev. O. Hébert, *præses*.

RR. DD. Bernier, Ladrière, Morisset et Winter, *Secret.*

DE JUDICIBUS QUERELARUM ET EXCUSATIONUM

Ad componendas quæstiones circa ordinem forte inter hic  
congregatos oriundas, et ad examinandas excusationes eorum

qui vocati ad praesentem Synodum non accesserunt, nominamus Vicarium nostrum Generalem Reverendosque Dominos Petrum Alphonsum Winter et Ferdinandum Laliberté.

*Reverendissime Pater, Tridentini Concilii sanctionibus inhaerentes, humiliiter petimus ab Amplitudine Tua ut ab omnibus huic diæcesancæ Synodo interessentibus emittatur Professio Fidei Catholice.*

#### DE PROFESSIONE FIDEI

Mandamus ut nunc legatur Tridentinum Decretum de receptione definitionum et statutorum illius Sancti Æcumenici Concilii; pariter Bulla Summi Pontificis felicis memoris Pii LV de Professione Fidei, formaque ejusdem, quam deinde jurabunt omnes praesenti nostræ Synodo interessentes.

*Reverendissime Pater, placeat Amplitudini tuae edicere de supplicationibus durante hac Synodo faciendis.*

#### DE SUPPLICATIONIBUS

Optimi novimus moris et accepti coram Deo simul et in Ecclesia veteris instituti, praesertim inter Synodales actiones, ad Deum fieri obsecrationes pro publicis rebus et hominibus potissimum qui in sublimitate sunt positi.

Ideo,  
in orationibus nostris, præcipue in Sacrificio missæ, indicimus memoriam de his sequenti ordine descriptis:

*pro SS. Dno Ntro Pio Papa Nono,  
pro S. Ecclesie tranquillitate,  
pro Regina,  
pro patriæ prosperitate et confederatione,  
pro Diæcesi et Provincia,  
pro civitate Sti Germani,  
pro cleri et populi sanctificatione,  
pro Episcopali nostro ministerio et regimine, praesertim in  
hac rerum Synodalium tractatione.*

*Reverendissime Pater, liceat nobis reverenter postulare  
Decreti Tridentini de Residentia proclamationem.*

DE RESIDENTIA

Volumus, juxta Sacrosancti Ecumenici Concilii Tridentini præscriptum, ut nunc legantur tum ejusdem Synodi, tum nostræ Provincie Secundi Concilii de cœlestiis de Residentia, et ab omnibus animarum curam gerentibus accurate observentur.

EXCERPTUM EX DECRETO DE REFORM. CAP : I. SESS : XXIII.  
S. CONC. TRIDENT. DE RESIDENTIA

Cum præcepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera munia pastoralia incumbere ; quæ omnia nequaquam ab iis præstari & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercedeariorum mōre deserunt : sacrosancta Synodus eos admonet & hortatur, ut divinorum præceptorum memores, factique forma gregis, in judicio & veritate pascant & regant.....

Si quis autem, quod utinam nunquam eveniat, contra hujus decreti dispositionem abfuerit ; statuit sacrosancta Synodus, præter alias pœnas adversùs non residentes, sub Paulo III, impositas & innovatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata temporis absentia fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiam declaracione non secura, illos sibi detinere posse ; sed teneri aut ipso cessante, per Superiorem ecclesiasticum illos fabricæ Ecclesiarum, aut pauperibus loci erogare, prohibita quacumque conventione vel compositione, quæ pro fructibus malè perceptis appellatur, ex qua etiam prædicti fructus in totum aut pro parte ei remitterentur ; non obstantibus quibuscumque privilegiis cuicunque collegio aut fabricæ concessis.

Eadem omnino, etiam quoad culpam, amissionem fructuum et pœnas de Curatis inferioribus, et aliis quibuscumque, qui be-

neficium aliquod ecclesiasticum, curam animarum habens, obtinent, **sacrosancta Synodus declarat et decernit**; ita tamen, ut quandocumque eos, causa prius per Episcopum cognita et probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum, ab ipso Ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione relinquant. Discedendi autem licentiam in scriptis gratisque concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa, non obtineant. Quod si, per edictum citati etiam non personaliter, contumaces fuerint, liberum esse vult Ordinariis, per censuras ecclesiasticas et sequestrationem, et subtractionem fructuum, aliaque juris remedia etiam usque ad privationem compellere; nec executionem hanc, quolibet privilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cujuscumque beneficii, pactione, statuto, etiam juramento vel quacumque auctoritate confirmato, consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela censenda est, sive appellatione, aut inhibitione, etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianæ constitutionis suspendi posse. Postremo, tam decretum illud sub Paulo III, quam hoc ipsum in Conciliis provincialibus, et Episcopalibus publicari sancta Synodus præcipit: cupit enim quæ adeo ex Pastorum munere animarumque salute sunt, frequenter omnium auribus mentibusque infigi, ut in posterum, Deo juvante, nulla temporum injuria, aut hominum oblivione, aut desuetudine aboleantur.

EXCERPTUM EX DECRETO XV. CONC. PROV. QUEBEC. II.  
DE PAROCHIS

Perpetuo igitur et personaliter resideat in paroecia sua, nisi aut christiana charitas, aut alia quævis legitima causa illum abesse cogant; tunc vero attente provideat ut **ex absentia**, quantumvis brevi, nullum detrimentum patientur parochiani; quod si, intra tempus absentiae, comprehendatur dies Dominica, prius petatur et obtineatur Episcopi vel ejus Vicarii Generalis licentia, aut, si non permittat urgentia causæ, in ipso saltem discessu moneatur Episcopus.

Tunc dimittit Synodum Pontifex, meridie, sequenti monitione :

“ Nunc, fratres dilectissimi, procedamus ad congregations habendas. Omnia secundum ordinem, pro Deo et coram Deo fiant. Cras cantabitur in hac ecclesia cathedrali missa solemnis pro presbyteris hujus dioecesos defunctis : memores erimus trium illorum piorum sacerdotum qui nos praecesserunt cum signo fidei et dormiunt somno mortis, et ut illis locum refrigerii, lucis et pacis indulget misericors Dominus deprecabimur. Postea celebrabitur secunda sessio.”

Benedictione episcopali data, omnes, qui de Pontificis manu Sanctam Synaxim acceperant intra Missarum Solemnia, illum ducunt domum.

#### CONGREGATIONES PRIVATÆ

Hora post meridiem secunda cum dimidia, singulæ, juxta Ordinem præscriptum, quæstiones sibi ab Illmo, ac Revmo. Episcopo propositas diligenter explorant.

#### PRIMA CONGREGATIO GENERALIS

Hora quarta pomeridiana, Vicario Generali præside, conveniunt omnes ad primam Congregationem generalem. Invocato Spiritu Sancto, primum examinatur sequens dubium, ab Episcopo delatum :—

“ Sententiam Synodi exquirere optamus circa impedimentorum matrimonialium primi gradus ad secundum (*l'oncle avec la nièce, ou le neveu avec la tante*), vel secundi gradus (*cou sans germains*), vel etiam primi gradus affinitatis (*beau-frère et belle-sœur*), dispensationem concedendam.”

Dein, deceptat Congregatio generalis de Relationibus à privatis Congregationibus ad se missis, videlicet :

I. A Congregatione de *Disciplina*, statutorum Schemata :  
1o *De hierarchia diocesana* :—2o *De stipendio pro celebratione Missæ*.

II. A Congregatione de Cultu, schema *De veneratione ac devotione Sanctissimæ Eucharistia exhibendis.*

### SECUNDA CONGREGATIO GENERALIS

Hora octava post meridiem, habetur secunda Congregatio generalis, eodem praeside. Relationum disquisitio continuatur, scilicet :

I. A Congregatione de Cultu, schema *De sacris Oleis.*

II. A Congregatione de Juventutis Institutione, schemata :  
1o *De vocatione ad clericalem statum*; — 2o *De bibliothecis parochialibus.*

III. A Congregatione de Administratione parœciarum,  
schema *De choreis.*

IV. A Congregatione *De Reformatione*, schema *De non discedendo ab ecclesia perdurante missa solemni.*

### SECUNDA SOLEMNIS SESSIONIS

Die vigesima quinta Augusti, hora sexta cum dimidia, Missa *de requiem pro sacerdotibus defunctis hujus dioecesis* celebra ta est in ecclesia cathedrali ab adm. Rev. D. Edmundo Langevin, Vicario Generali.

Post absolutionem ab Episcopo factam habita est juxta Pontificale secunda Sessio solemnis, in qua Episcopus vestibus rubeis iniduebatur.

Hymno *Veni Creator* cantato, coram Pontifice sistunt Promotores, illumque alloquuntur his verbis :

*Reverendissime Pater, quoniam specialiter convocata sit hæc Synodus ad Decretorum promulgationem Quarti Concilii Provinciæ Quebecensis, dignetur Amplitudo Tua nunc jubere ut quædam ex ambone legantur.*

Secretarius tunc legit ex ambone sequens Edictum.

DE DECRETIS QUARTI QUEBECENSIS CONCILII PROVINCIALIS

Secundum Concilii Tridentini præscriptum et Patrum Quarti Quebecensis Concilii Provincialis Decretum *De promulgatione*, Nos in præsente nostra Diocesana Synodo, promulgamus omnia decreta dicti Quarti Quebecensis Concilii Provincialis, et volumus et mandamus ut eadem in nostra Diocesi reverenter accipiantur et fideliter custodiantur.

Ea vero mente uti melius noscantur ab omnibus, præcipimus ut nunc legantur nonnulla de ambone.

Mox a duobus Secretarii Substitutis promulgantur Quarti Concilii Quebecensis Decreta : 1o *De Ecclesia et Summo Pontifice* ;—2o *De Libris Ephemeridibusque improbis*.

Tunc, paucis verbis quæ sequuntur, Pontifex Sessionem dimittit, benedictione solemniter data :

“ Hodie, fratres dilectissimi, opus heri inchoatum prose-  
“ quamur in spiritu humilitatis, zeli et charitatis mutuæ.”

CONGREGATIONES PRIVATÆ

Post Sessionem, prosequuntur Congregationes privatæ discussionem Schematum.

TERTIA CONGREGATIO GENERALIS

Hora secunda post meridiem habetur tertia generalis Congregatio, Vicario Generali praside. Sequentes Congregationum privatuarum pertractantur Relationes :

I. A Congregatione de *Disciplina*, schemata : 1o *De presbyterorum famulabus* ;—2o *De stipendio vicariorum*.

II. A Congregatione de *Cultu*, schemata : 1o *De Cæremoniis* ;—2o *De Cantu*.

III. A Congregatione de *Juventutis institutione*, schemata : 1o *De Catechesibus* ;—2o *De Scholis*.

IV. A Congregatione de *Administratione paræciarum*,

schemata : 1o *De verbi divini prædicatione* ;—2o *De parvolorum confessionibus* ;—3o *De amicitiis ante matrimonium* ;—4o *De bonis ex naufragiis provenientibus.*

V. A Congregatione de Reformatione, schemata : 1o *De luxu* ;—2o *De perjurio* ;—3o *De intemperantia* ;—4o *De non discedendo ab ecclesia perdurante missa solemni.*

#### QUARTA ET ULTIMA CONGREGATIO GENERALIS

Hora octava pomeridiana, Illmus. ac Revmus. Præsul omnibus ad Synodum diœcesanam adunatis multa consilia monitionesque de rebus discussis ac aliis dedit.

#### TERTIA ET ULTIMA SESSIO SOLEMNIS

Vigesima sexta die Augusti, feria autem sexta, hora sexta cum dimidia, in cathedrali ecclesia, missa *de SS. Trinitate* solenniter cantata fuit a R. D. Joanne Baptista Gagnon, uno ex promotoribus, Pontifice adstante parato, post quam celebrata est tertia ultimaque Sessio, cum eisdem cæremoniis et in eodem ordine ac duæ primæ, Episcopo vestes albas in rubeas mutante. Promulgantur ante omnia ex ambone sequentia IV. Concilii Provincialis Quebecensis Decreta :

- 1o *De electionibus politicis et administrativis* ;
  - 2o *De usura* ;
  - 3o *De societatibus secretis* ;
  - 4o *De decimis* ;
  - 5o *De publicatione Decretorum hujus Synodi Provincialis.*
- Postea legitur sequens Edictum :

#### DE STATUTIS DIŒCESANIS

In hac præsenti Synodo nostra, renovamus et iterum promulgamus Statuta Diœcesana jam à Nobis edita, et volumus ut ab omnibus religiose serventur.

Denique omnium nominibus iterum vocatis ex ambone, unus ex Promotoribus ab Illmo et Revmo. DD. Episcopo petit Synodi conclusionem, his verbis :

“Cum ea quae ad restitutionem et cōservationem christianæ Disciplinæ in hac Diœcesi, pro hujus temporis ratione, agenda videbantur, Deo auctore et adjutore, confecta sint, nos hujus Synodi Promotores, instamus ac petimus ut huic finem impouere, et jam imponi decernatis.”

Tunc Secretarius sequentem supplicationem legit :

*Illustrissime ac Reverendissime Domine, placetne vobis ad laudem Dei omnipotentis, hujus Diœcesanæ finem jam fieri?*

Pontifex respondebat :

*Placet:*

Universum Clerum præsentem tunc affatur Præsul utens Pontificalis Romani sermone, suæ ecclesiæ necessitatibus accommodato.

Hac allocutione absoluta atque Psalmo *Conserua me Domine a cantoribus incepto*, omnes Sacerdotes et clerici Revmo. DD. Episcopo reverentiam et obedientiam præstant, osculando annulum pastoralem, et ab illo vicissim osculum pacis accipiunt, quod mox sibi dant mutuo, cantante choro Psalmum *Ecce quam bonum.*

Tandem, hymnum *Te Deum* intonat Pontifex, datque benedictionem solemnem ab altari, cum indulgentiis quadraginta dierum.

Diaconus *Recedamus in pace* canit, onincisque de clero Præsulem ad ædes suas episcopales comitantur.

#### RELATIO JUDICUM QUERELARUM ET EXCUSATIONUM

Illustrissime ac Reverendissime Domine,

Cum nos infra scriptos in hac synodo *judices excusationum et querelarum* constituere judicaveris, et nobis propter ea retuleris examen causarum absentiae aliquorum, præsentem relationem Amplitudini Tuæ humiliter porriginus.

I. Ab assistentia impediti sunt, ob distantiam suarum missionum ab urbe : RR. DD. Arpin, Pérusse et Moreau, Phi : ac Rev. P. Arnaud, O. M. I.

II. Cum licentia Amplitudinis Tuæ absuerunt RR. DD. Audet, And : , Blanchet, Fournier, Car : , Lepage, Marcoux et Perron.

III. Ob infirmitatem excusati erant RR. DD. Dumas et Lebel : subito vero ægrotatione captus est R. D. Magl : Fournier, cum jam a parochia iter intenderet.

IV. Tandem a RR. DD. Blouin, F. Ad : , Auger, Bossé, Léonard, Lévêque et Roussel, ex litteris missis de mandato Amplitudinis Tuæ, causa absentie exquisita fuit et tatis omnes responderunt.

Quare votum emittimus ut illorum excusationes sufficienes habeantur, Amplitudinis Tuæ humillimi in Christo filii

EDMUNDUS LANGEVIN, Vic. Genlis.  
F. LALIBERTE, Ptr.,  
P. CAR. ALPH. WINTER, Ptr.

Jam præcedentem Relationem Judicum querelarum ac excusationum approbamus, et omnes Sacerdotes in ipsa commemoratos excusatos tenemus.

† JOANNES, Epüs Sti. Gni. de Rimouski.

# CONSTITUTIONES SYNODEALES

Latæ et promulgatæ in dicta Synodo  
ab Illmo. ac Revmo. DD.

JOANNE LANGEVIN

PRIMO EPISCOPO SANCTI GERMANI DE RIMOUSKI

---

## MANDATUM

Joannes Langevin

*Miseratione divina et Sanctæ Sedi Apostolice gratia  
primus Episcopus Sancti Germani de Rimouski,  
Dilectissimis Cooperatoribus nostris, et  
omnibus de clero et plebe filiis,*

## SALUTEM ET BENEDICTIONEM IN CHRISTO JESU

Hodie tandem Nobis datur, Fratres charissimi, Constitutiones de quibus vobiscum per primam nostram Synodum Dicecesanam mature disceptavimus, in lucem edere, et executioni mandare. Commune sunt opus nostrum, ad majorem Dei gloriam, animarum nobis commissarum salutem et provectionem, nostramque propriam sanctificationem confectum. Ab omnibus ergo et singulis reverenter ac amanter accipientur atque religiose servabuntur : quod Deus Nobis concedat per gratiam suam.

His de causis, invocatis Beatissima et Immaculata Virgine Maria, alma Redemptoris Matre, sauctis Josepho, ejus castissimo Sponso, et Germano, hujus diœcesis Patrono, omniumque paroeciarum ac missionum Titularibus, sequentia constituimus, jussimus et præscripsimus, atque per præsens nostrum Mandatum constituiimus, jubemus et præscribimus, scilicet :

1o Promulgamus de novo quatuor Quebecensium Conciliorum Provincialium hucusque celebratorum Decreta; ubique in nostra Dioecesi servanda.

2o Renovamus Statuta; omnia nostra episcopalia jam publicata, et monita interdum a Nobis data.

3o Ordinationes Archidioecesis Quebecensis, tempore hujus Dioeceseos erectionis vigentes, neque a Nobis modificatas aut abrogatas, iterum confirmamus.

4o Constitutiones nostras Synodales nunc editas promulgamus et sancimus, atque ab omnibus et singulis de clero et plebe servari mandamus.

5o Exemplare tam Decretorum praefatorum Conciliorum quam praedictorum Statutorum Ordinationumque, et praesentium Constitutionum penes se habere debet unusquisque nostrorum Sacerdotum.

Datum apud Stum. Germanum de Rimouski, ex aedibus nostris episcopalibus, sub signo sigilloque nostris, ac Secretarii nostri subscriptione; secunda die mensis februarii, anno Domini octingentismo septuagesimo primo supra millesimum.

X JOANNES, Epus. Sti. Gni. de Rimouski.  
De Mandato Illimi. ac Revmi. DD. Eppi.

JACOB GAGNE, Ptr.,  
Secretarius.

I. DE HIERARCHIA DIOCESANA

Solis Episcopis dictum est: "Prædicate Evangelium omni creaturæ.....Docete omnes gentes.....Attendite, vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus ponit Episcopos regere Ecclesiam Dei....." Brevi tamen huic formidando oneri impares essent, nisi invenire contigeret quos in sui muneric partem advocarent, et sollicitudinis societatem.

Quare, præter Vicarium Generalem et Vicarium Foranum, qui, ille in tota dioecesi, is vero in quodam districtu, jurisdictione pollent cum amplioribus facultatibus; quosdam

sacerdotes Nobis visum est certis partibus ejusdem dioecesis præficere, ad nutum nostrum amovibilem, sub nomine Archipresbyterorum, cum officiis sequentibus et facultatibus :

I. Primum suum intelligent esse officium, ut quos auctoritate et honore præcedunt, vita etiam præcedant ac moribus.

II. Illorum est, in suo cujusque Archipresbyteratu, nihil omittere ut Parochi suo rite fungantur officio; eos, quando opus fuerit, admonere et in observandis regulis ecclesiasticis ac statutis diocesanis dirigere; vite et moribus singulorum prudenter et absque suspicione incommodæ inquisitionis invigilare; infirmantes visitare; illis exequium sacramenta ministrare, mortuis funebria persolvere, superioribus absentibus; omnia que sibi à Nobis demandabuntur fideliter adimplere; Nos demum certiores facere, saltem quotannis, de singulis quæ ad pietatem et cultum divinum pertinent in suo archipresbyteratu.

III. Archipresbyteris, ex delegatione Sanctissimi, Romæ data ad decennium 6a die Januarii 1867, facultatem concessimus, ac per præsentes denuo concedimus, intra limites sui Archipresbyteratus:—1o benedicendi paramenta et alia utensilia ad sacrificium Missæ necessaria ubi non interyenit saera unctio;—2o a casibus reservatis tam Sedi Apostolicæ quam Nobis absolvendi, exceptis casibus Bullæ *Sacramentum Pœnitentiae*;—3o vota simplicia commutandi (exceptis perpetuae castitatis et religionis ingrediendæ votis) in alia pia opera, non autem super illa dispensandi;—4o in foro interno, super impedimenta occulta dispensandi quæ usum matrimonii auferunt;—5o ab heresi absolvendi, et neo-conversorum abjurationem accipiendi. Ad quinquennium ab eodem die, pariter illis facultatem concedimus coronas precatorias, cruces ac sacra numismata benedicendi, atque eis applicandi indulgentias, necnon divæ Birgittæ nuncupatas.

IV. Volumus ut, intra limites sui Archipresbyteratus, ab omnibus tam de Clero quam de populo, unusquisque ex Archipresbyteris prædictis tanquam superior agnoscat, eique semper et ubique honor ac reverentia exhibeantur, sub Nostra ac nostrorum Vicariorum, tum Generalis tum Foranei, auctoritate.

II. DE VOCATIONE AD CLERICALEM STATUM

Cum messis sit multa, operarii autem pauci, enixis precibus iterum sacerdotes nostros in Domino rogamus, quatenus omni zelo collaborent ut idoneorum in vinea Domini operariorum numerus augeatur :

1o Juvenes bonaæ indolis et sufficientis ingenii seligendo quos in primis latinæ linguae principiis edoceant, ita ut hi juvenes in nostro Minorï Seminario Sancti Germani studiorum curriculum perficere possint ;

2o Bursas, seu bursæ partem, instituendo in praedicto Seminario, sive per seipso solos, sive cum quorumdam parochianorum auxilio, saltem pro uno juvene ex singulis parœciis ;

3o Quumque juvenum animi tenera hac ætate molliores sint ac quasi cerei, qui in utramque partem flecti facile possint, Rectores Seminarii, parochi et parentes, indefessa vigilancia alumnos tueantur contra spiritualia pericula quibus occurront, quasi inconscii, in feriis æstivis.

III. DE PRESBYTERORUM FAMULABUS

Stricte prohibemus ne presbyteri nostræ Dioecesis famulas aliasve mulieres apud se habeant ac domi retineant, minus quam triginta et quinque annis ætate provectas, sine nostra speciali licentia, quæ quotannis renovanda erit, tempore Recessus pastoralis, sub pena suspensionis *ipso facto* incurrendæ, etiam si haec mulieres propinquæ sint, exceptis matre, amita et sorore.

IV. DE STIPENDIO VICARIORUM

Communiter Vicariis attribuetur a Parocho summa centum nummorum (100 piastres) per annum, quarta cuius pars solvenda erit singulis quatuor temporibus. Particularibus in quibusdam casibus, minus stipendium tribuere Nobis reservamus.

V. DE VENERATIONE AC DEVOTIONE SANCTISSIMÆ EUCHARISTIÆ EXHIBENDIS.

“ Commune hoc quidem est,” ait sacrosancta Tridentina Synodus, “ Sanetissimæ Eucharistiae cum ceteris sacramentis, symbolum esse rei sacræ et invisibilis gratiæ formam visibilem; verum illud in ea excellens et singulare reperitur, quod reliqua sacramenta tunc primum sanetificandi vim habent, cum quis illis utitur; at in Eucharistia ipse sanctitatis Auctor ante usum est ..... Nullus itaque dubitandi locus relinquitur, quin omnes Christifideles, pro more in catholica Ecclesia semper recepto, latræ cultum, qui vero Deo debetur, huic Sanctissimo Sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim ideo minus est adorandum quod fuerit a Christo Domino ut sumatur institutum. Nam illum eumdem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem Pater æternus introducens in orbem terrarum dicit: *Et adorent eum omnes Angeli Dei;* (1) quem *magi procidentes adoraverunt,* (2) quem *denique in Galilæa ab Apostolis adoratum fuisse* (3) Scriptura testatur (*Sess. XIII. De Euchar.*)

Quapropter nihil magis optandum est quam ut in catholicorum animis crescant in dies veneratio ac devotio erga illud augustissimum et vivificum Sacramentum, in quo “memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus, escam dando timentibus se.”

Sacerdotum autem, dispensatorum mysteriorum Dei, in primis est, seipso exhibere zeli plenos ad augendam hanc pietatem in divinissimam Eucharistiam.

Atqui nobis videntur aptissima ad hunc salutarem obtinendum finem sequentia :

I. Sit altare ubi asservatur Sanctissimum Sacramentum, semper nitidum atque magis ornatum quam quocumque aliud, juxta Rituale aliasque ecclesiasticas regulas.

(1) Hebr. I. 6.

(2) Matth. II. 11.

(3) Matth. XXVIII. 17. Luc XXIV. 52.

II. Genuflexiones, prostrationesque cum fidei spiritu et maxima reverentia rite fiant.

III. Sint nitidissima sacerdotalia paramenta, sicut et altaris ac communionis mappæ;

IV. Maxima cum decentia et pompa fiant processiones in quibus asportatur hoc venerabile Sacramentum.

V. Ad infirmos deferatur Sanctum Viaticum reverentissime et regulariter cum lumine et sono campanulae; ad domos autem viciniores ecclesias etiam sub umbella vel baldachino, et cum aliquorum clericorum assistentia, luminaria portantium. Edificantur fideles ad comitandum orando, aut saltem ad adorandum in via et præsertim apud infirmum. Optandum esset sane vehiculum ad hoc haberi unaquaque in paroecia.

VI. Curent parochi ut de veneratione illi Sanctissimo Sacramento debita spe loquantur ad fidèles, excitentque eos simul ad dévotionem erga Jesum sub panis spécie præsentem, potissimum per Octavam Festi Corporis Christi. Adlaborent ut in sua paroecia adsint aliquot saltem hujus Sanctissimi Sacramenti assidui adoratores.

#### VI. DE STIPENDIO PRO CELEBRATIONE MISSÆ

I. Volumus ut quisque nostræ Diœcesis Sacerdos librum apud se habeat, in quo Missas fundatas æque ac manuales, earumque eleemosynas et implementum accurate ac distinete adnotet, a Nobis vel a Deputato; quocumque tempore, inspicendum.

II. Vetamus ne magis quam pro duobus mensibus ullus sacerdos in hac diœcesi stipendia missarum apud se ipsum retineat; jubemusque omnia alia stipendia ad Nos vel ad Archipresbyterum mitti, ut provideamus intentionum executioni.

#### VII. DE SACRIS OLEIS

Post augustissimum Eucharistia Sacramentum nihil sane est tam venerabile, tam sanctum, quam Sacra Olea, utpote plurimum Sacramentorum materia. Optandum est ut semper et ubique tali reverentia tractentur qualis ipso, cum conficiuntur in

Coena Domini, exhibitur. Summopere igitur desideramus ut serventur regulæ sequentes :

I. *Quoad illa distribuenda* :—Si Sacerdotes vel clerici ad illa asportanda inveniri non possint, saltem elegantur honesti, sobrii, prius laici, præsertim matricularii (*marguilliers*) qui illa recipient a Nostro Vicario Generali seu Foraneo, aut ab Archipresbyteris.

II. *Quoad illa deferenda* :—Ritualis præscriptiones adamussim serventur. Nunquam ad pedes locetur oleum infirmorum in vehiculo ; nec in manus laicorum ponatur, sed ad collum dependens in bursa violacei coloris istud habeat sacerdos.

III. *Quoad illa custodienda* :—Asserventur in ecclesia, ad fontem baptismalem, æstivo tempore ; vel in sacristia, tempore hiemali ; aut saltem custodiatur Oleum infirmorum domi, in loco decenti, a profanis rebus distinctum.

#### VIII. DE VÉRBI DIVINI PRÆDICTIONE

Frequentur Sacri Tridentini Decreta ac Nostri Secundi Concilii per legant sacerdotes de verbi divini prædicatione, deque in ea servandis aut vitandis, præcipue : de "sermone castigato quidem, sed rudibus etiam intelligibili ;".....de "matura præparatione ;".....de "certo ordine instituendo in serie concionum suarum ;".....de "fidelibus sibi commissis pascendis salutaribus verbis, docendo quæ scire necessarium est ad salutem, dumuntandoque, cum brevitate et simplicitate sermonis, vitia quæ eos declinare et virtutes que secturi oporteat ;".....de "scđulo abstinendo a questionibus et controversiis inter sæculares agitatris ;".....de "non dissenserendo de propriis querelis et acceptis iniuriis ;".....de "vittis, non personis insectandis ;".....de "nemine personaliter lœdendo ;".....tamidem de "non querendo sua, sed quæ sunt Jesu-Christi."

"Ad confutandos autem innumerablem sectatorum..... calumnias ac perfidiam" oportet (secundum 4*i* Conc. Prov. Quebec. monitum) ut fideles "non solum quomodo Deum colere debent apprime intelligent," sed insuper ut "parati sint semper

ad satisfactionem omni poscenti eos rationem de ea, quæ in eis est, spe." (1. Petr. 3. 15.) Pastores igitur statis diebus exponant, dogmaticis institutionibus, Ecclesiæ docentis ac regentis auctoritatem et potestatem; SSinæ Trinitatis et Incarnationis mysteria; Sacramentorum naturam, vim et numerum; cœteraque quibus Christianæ fidei summa continetur.

#### IX. DE CATECHESISIBUS

"Cum.....nulla spes esse possit, vel emendandæ vel in bono stabiliendæ parœcio, nisi pueri rudimentis fidei diligenter et assidue instruantur," ideo juxta decretum Concilii I. hujus Provinciarum, "Catecheses, prævia semper et sufficienti adhibita præparatione, fiant.....Dominicis saltem et aliis festivis diebus, usque ad annum primæ communionis....., coque ardentiori zelo hoc munus adimpleatur, quo tepidius hac in re sese gerunt multi parentes.

"Id ergo admodum persuasum habeat parochus has cæthesis institutiones inter præcipua sua officia merito recenseri, nec se muneri suo satisfecisse existimet si, quasi perfunctorie, perpetuo recitationis circulo, nulla interjecta explicatione ad veritates christianas illustrandas, magisque puerorum mentibus inculcandas,.....rem conficiat." (II. Conc. Quebec.)

"Peracta vero prima Communione,.....pueris, dominica qualibet die, fusius evolvat quas antea brevius exposuerat veritates, sicque paratus ad hoc munus accedat, ut animos audientium ipsa rerum explicatione attentiores reddat."

Unde clare videtur maxime optabile esse:

I. Pueros, prout ad primam communionem admissi sint, annon, dividi in duas classes, quarum, deficiente vicario, committerunt posterior cuidam personæ laicæ idoneæ;

II. Illis attribui *sedes fixas*, eorumque indicem a parocho teneri, ut de ipsorum præsentia certior fiat;

III. Cæthesis institutiones frequentibus interrogationibus admisceri, ut attentio intelligentiaque puerorum apparcant;

te in eis  
xponant,  
s aucto-  
is mys-  
teraque

IV. Historicis factis, præsentim ex Libris Sacris Sancto-  
rumque vita, dilucidari catechismi textum;

V. Assiduitatem, attentionem ac profectum exsolvi merco-  
dibus et præmiis, ut excitetur aemulatio;

VI. Tempus ad catechismi præceptionem fixum non trun-  
cari.

#### X. DE PARVULORUM CONFESSIONIBUS

“ Munus est parochi,” aiunt Patres Secundi nostri Concilii,  
“ pueros allicere qui ad discretionis ætatem pervenerunt, ut pau-  
latim confiteri assuescant, ac per vitam innocentem præparent cor-  
da ad Sanctissimum Eucharistiae sacramentum suscipiendum.....  
Quare volumus ut parochi, quantum fieri potuerit, saltem bis  
aut ter in anno eos confitentes audiant.....atque ut ad gra-  
tiam absolutionis, in quantum poterunt, illos præparent, disposi-  
tosque absolvant.”

Parochos vero nostræ Dioceseos vehementer hortamur:  
1o Ut, priusquam has confessiones aggrediantur, parvulos fusc  
edoceant ac interrogent de mysteriis, sacramentis et precibus;—  
2o Ut scholas quæ longe sint, adeant ipsi, ad accipendas parvu-  
lorum confessiones;—3o Ut erate perforata utantur etiam his  
in casibus.

#### XI. DE SCHOLIS

Potissimum ex sapiente et religiosa juventutis educatione  
paroeciarum pietas et virtus oriuntur. Cum autem pueros suos  
reote erudiendi et informandi incapaces sint plerique parentes,  
bonas scholas instituere ac stabilire maximi est momenti.

I. “ Interdum ergo illas visitet pastor, non quidem cens-  
oris importuni vices gerens, sed potius patris et amici, ut omnes,  
tum præceptorem, tum alumnos, Christo lucrifaciat; ” (2um  
Conc. Quæb.) .....etiam et speciatim illas in quibus adsunt  
pueri catholici et acatholici.

II. Sequentibus in primis attendat:

1o Honestis moribus, sufficienti scientiæ et solertiæ pedago-  
gicæ præceptoris;.....2o catechismi et historiæ sacræ profes.

sioni ;.....3o libris ad puerorum usum ;.....4o bono ordini, urbanitati, progressibus ac salubritati.

III. Illum juvet alumnos ad studium, attentionem atque assiduitatem excitare opere gratulationum mercedumque.

IV. Examinibus praesit cum gravitate et benevolentia.

V. De decenti stipendio institutoribus solvendo curet.

#### XII. DE BIBLIOTHECIS PAROCHIALIBUS

Cum nunc multiplicatae sint scholæ diversis in paroeciiis, valde optandum est ut adolescentes, hinc excuntes, addiscere non desinant. Monemus ergo pastores omnes hujus dioecesis ut cum zelo provideant optimos et delectos libros a juventute legendos, per institutionem vel augmentum bibliothecarum parochialium, quibus vigilanter attendant ipsi.

#### XIII. DE CÆREMONIALI

Necessæ est cultui interno externum adhibere, ut homo totus Deo serviat, ac per sensus magis attentus reddatur : hinc cæremoniarum institutio. Quæ quidem tantummodo suum producent effectum, cum rite decenterque implebuntur. Quapropter Nobis opportunum esse videtur quod sequitur præscribere :

I. Unusquisque parochus sedulo in sua ecclesia Cæremonialem librum, juxta primi Concilii Quebecensis Decretum *De Cæremoniali* editum, observet.

II. Ad cœremonias exacte persolvendas, saltem in certis dominicis, verbi gratia, post quatuor tempora, omnes de clero exerceat per seipsum, vel per aliud omnino idoneum.

#### XIV. DE CANTU

Primi Quebecensis Concilii Decretum, *De cantu et musica in Ecclesiis*, in omnibus suis partibus seruent parochi et missiōnarii hujus dioecesis, præsertim quoad cantum gregorianum ediscendum perficiendumque :

Similiter pro sua parte nostri Seminarii Rectores.

XV. DE NON DISCEDENDO AB ECCLESIA PERDURANTE MISSA  
SOLEMNI

I. Sedulo caveant parochi et missionarii ne fideles sub vano prætextu aut sine ulla causa, per sacrosanctum Missæ sacrificium ecclesia excant, dominicis et festis de præcepto, neque foris remaneant, parœciæ universæ offenditionem et scandalum dantes.

II. Absolutio istis denegetur donec recipiscant.

III. Pueri juvenesque ad pie et assidue audiendam missam assuescant.

XVI. DE PERJURIO.

Infeliciter multiplicatum est inter nos hoc infandum crimen : sanctum et terrible nomen Domini falso in testimonium adducitur, a quibusdam ob miserabile lucrum, a quibusdam alii ut amicis faveant nevo potentibus displiceant.

Quare "tam damnable scelus toto animo detestantes," declaramus et volumus in Domino.....Perjurium juridicum, id est : falsum testimonium præstitum ante tribunal ecclesiasticum aut civile, vel magistratum, vel alium a lege institutum, deinceps futurum esse peccatum reservatum in hac dioecesi.

Parochi etiam totis viribus incumbant ad illud tollendum :

I. De reverentia erga nomen Dei, deque juramenti momento et sanctitate diligenter et accurate edocendo fideles ;

II. Juramenti officii executionem urgendo apud omnes qui illud præstiterunt ;

III. Ante tribunalium sessiones æque ac electiones tum *legislativas*, tum *municipales*, juramentorum obligationes fideliibus fusius explicando, juxta nostri secundi Concilii Decretum de *Juramento*.

XVII. DE INTEMPERANTIA

Ebrietatis monstrum caput de novo inter nos extollere videatur ; pastorum est igitur illi fortiter resistere, illud debellare viriliter.

1o Puerorum ac juvenum animis intemperantiae odium strenue inculcent; a tabernarum frequentia, a potatorum amicitia illos amoveant.

2o Singulis mensibus, ad intentionem Temperantiae Societas, dictæ a Cruce, ubi instituta est, missam offerant; præcedenti dominica, socios omnes instanter ad eam audiendam invitent.

3o Quotannis festum præfatæ Societatis celebrent cum quadam solemnitate; de temperantiae virtute sermo habeatur.

4o Per annum parœciae visitationem preces anta *temperantiae* crucem fiant in domo, cujuscumque *fidelis* socii.

5o Exacte convocentur dictæ Societatis Consiliarii, qui de sociorum fidelitate accuratam faciant relationem. Post duos vel tres inutiles monitiones, expellantur saltem ad tempus illi qui confratribus sunt scandalo.

6o Omnimodo eurent parochi ut Consilia municipalia (*les Conseils municipaux*) nemini licentiam tribuant, aut saltem tantum paucis viris probis et sobriis.

7o Denegetur absolutio cauponibus qui, vel alios inebriant, vel leges violent civiles, vel denique excitant feruntve perturbationem ordinis.

8o Similiter denegetur his qui testimonium (*certificat*) subscrubunt pro quibusdam notis tanquam indignis, ad licentiam popinæ illis obtinendam.

#### XVIII. DE LUXU

Certum est in medio nostri populi luxum existere effrenatum, paupertatis, ruinæ et nequitiae causam. Inde enim superbia vita, aliorum invidia, injustitia, dolus, furtum sive familiare, sive domesticum, debitorum solutio neglecta, parentum inopia non sublevata, parcitatis defectus, sæpeque libido et flagitium. Strenue ergo in hoc vitium dimicandum est:

I. Contra superbiam, primum capitalium peccatorum, fortiter frequenterque assurgendo;

II. Officium parentibus auxiliandi in necessitatibus similiter juvenibus inculcando;

III. Nullas impensas faciendi supra uniuscujusque facultates, et ad familiae detrimentum, atque ex superfluo bonis operibus cooperandi obligationem explicando omnibus ;

IV. Quantum Christianos deceat simplicitas vestium, quantoque intersit parcitatem colere in dies malos, vivide ostendendo ;

V. Enumerando funestos luxus et vanitatis effectus, atque parentes hortando ad immoderatis filiorum filiarumque suarum studiis valide obsistendum, et ad modestiae in vestibus exemplum illis dandum ;

VI. In unaquaque parœcia, confraternitates instituendo tam pro puellis, quam pro uxoribus, pietatem, humilitatem ac simplicitatem vestium culturas, juxta regulas a Nobis edicendas.

#### XIX. DE AMICITIIS ANTE MATRIMONIUM

Experientia constat quot malorum criminumque causa sint hæ amicitiae. Sollicitudinis pastoralis est igitur media invenire tanto tamque frequenti abusui obsistendi, et apud parentes et apud juvenes utriusque sexus.

I. *Quoad parentes.*—Hi sciant sibi nefas esse permittere filiis filiabusque suis :—1o Longiores hujusmodi amicitias ;—2o Colloquia nimis repetita aut nimis protracta noctu ;—3o Congressus vel deambulationes solius cum sola ;—atque hæc omnia sub denegationis sacramentorum poena ;

II. *Quoad juvenes.*—Isti pariter sciant, sibi vetitum esse sub eadem poena :—1o Amicitias protrahere cum aliqua puella sine sincera mox nubendi intentione et possibiliitate ;—2o Colloquia secreta petere, insciis absentibusve puellæ parentibus ;—3o Simul sine arbitris manere, sive domi (potissimum absque luce), sive foris, vias, agros aut flumina percurrendo pede, curru vel navicula.

#### XX. DE CHOREIS

Valde optandum est omnes parochos in disciplina, confessariosque in praxi, plene convenire, speciatim de choreis tolerandis

vel prohibendis. Idecirco, certas regulas hac de re utiles ducimus.

I. Communio, etiam paschalis, denegetur ;—1o mulieribus quo vestes parum modestas aut diversi sexus induerint : pariter sarcinatricibus tales immoderatas conficientibus vestes ;—2o omnibus qui choreas inhonestas duxerint, v. g. vulgo dictas *vulse, polka* et cæteras hujusmodi, necnon illas ad quas indiscriminatim omnes admittantur pecuniam solvendo, vel in quibus a nemine auctoritatem habente servetur bonus ordo ;—3o tandem, maritis parentibusque qui talia uxoribus et filiis permitunt vel ne illa faciant non vetant, omnibusque in domibus suis haec concedentibus.

II. Ad sacramenta autem admittere non recusent confessarii, saltcm in Paschate, juvenes et puellas qui modeste et non immoderate saltaverint, vel choreis honestis interdum adfuerint, seu in domo paterna, seu apud vicinos aut cognatos sub oculis parentum piorum, aut aliorum ætate et moribus conspicuorum, sineque proximo libidinis periculo.

III. Et quidem a communione *mere devotionali* per annum privent eos qui saltaverint diebus dominicis vel festivis de præcepto, aut durante Adventu sive Quadragesima, illosque qui his diebus saltare in domo sua permiserint.

IV. Similiter, eos qui choreas duxerint vel ludos luserint, cum osculis. Talibus negetur etiam communio paschalis, propter publicam ædificationem, si frequenter id fecerint.

V. Sed his omnibus tribuatur absolutio, si vere pœnitentes videantur.

#### XXI. DE BONIS EX NAUFRAGIIS PROVENIENTIBUS

Quoniam in his partibus deploranda sat frequenter occurrunt naufragia, multo refert ut uniformem tutamque praxim de bonis inde provenientibus habeant confessarii. Indicamus ergo quasdam regulas ipsorum directioni perutiles.

I. Qui talia inveniunt, tenentur de domino inquirendo, sive per notitiam in publicis foliis, sive quoquo alio efficaci modo.

II. Domino invento, restituere debent, sibi retenta parte a lege determinata tanquam pretio salvationis, justisque expensis solutis.

III. Quandoque tamen non domino, sed cautionibus (*assureurs*) vel telonio (*douane*) restituendum est.

IV. Si, post debitam diligentiam, non inveniatur dominus, nec spes illius inveniendi subsistat, tunc a possessore bonæ fiduci et paupere hæc bona detineri possunt. Si vero destitutus non sit, in operibus piis, saltem notabilem partem insumere decet, juxta rationabilem domini præsumptam voluntatem.

## APPENDIX

---

### INDULGENTIA FESTI VEL SOLEMNITATIS TITULARIS

Très-Saint Père,

L'Évêque de Rimouski en Canada expose humblement ce qui suit :

“ Le 9 mars 1856, le St. Père a daigné accorder aux fidèles du diocèse de Québec, aux conditions ordinaires, une indulgence plénière pour le jour de la fête ou de la solemnité du St. Patron ou Titulaire de chaque église, et pendant toute l'octave.

“ Les fidèles du diocèse de Rimouski ont joui et beaucoup profité de cette concession en s'approchant en grand nombre des sacrements pendant ces octaves. Mais depuis l'érection du diocèse de Rimouski, quelques curés craignent que cette indulgence ne soit perdue pour leurs paroissiens par le fait de la division. Pour enlever tout doute, je prie le St. Père de vouloir bien déclarer que l'Indult subsiste pour le nouveau diocèse.”

*Ex audiencia SSmi. diei 23 Junii 1867.*

Ssmus D. N. Pius Divina Provid. PP. IX, referente me infrpto S. C. de Propaganda Fide Secreto, benigne annuit pro gratia juxta preces, servata tamen in omnibus tenore Indulti Diocesi Quebecensi concessi die 9 Martii 1856.

Dat. Romæ ex ad. dic. S. C. die et anno prædictis.

*Gratis sine ulla solutione quocumque titulo.*

H. CAPALTI, *Secrius.*

FACULTAS PRO ERECTIONE SODALITATUM

*Ex audiencia SSmi. diei 23 Junii 1867.*

SSimus D. N. Pius Divina Provid. PP. IX, referente me  
infrpto S. C. de Propaganda Fide Secreto. R. P. I. Joanni Epis.  
copo S. Germani de Rimouski facultatem benigne concessit  
usque ad terminum aliarum ipsi a S. Sede tributarum, erigendi  
intra fines suaæ Dioecesis, exceptis locis ubi adsunt Regulares ex  
privilegio sui ordinis ejusmodi facultate gaudentes, quascumque  
pias sodalitates a S. Sede approbatas, iisque sive per se, sive  
per Presbyteros a se delegandos adscribendi utriusque sexus fide-  
les, ac benedicendi coronas et scapularia earumdem sodalitatum  
propria, cum applicatione omnium Indulgenciarum, quas Summi  
Pontifices predictis Sodalitatibus, Coronis et Scapularibus imper-  
titi sunt.

Dat. Romæ ex æd. dic. S. C. die et anno predictis.

*Gratis sine ulla solutione quocumque titulo.*

H. CAPALTI, Secrius.

CONCESSIO PLURIMI INDULGENTIARUM

*Très Saint-Père,*

I. Une cause assez considérable de désordres dans ce diocèse est l'usage des boissons enivrantes. Avant la division du diocèse de Québec, le vénérable Archevêque avait obtenu du prédécesseur de Votre Sainteté, le bienfait de plusieurs indulgences en faveur de ceux qui appartiendraient à une société de tempérance totale, instituée dans ce diocèse. Cette société a produit par le passé et produit encore un bien incalculable, vu la propension des peuples pour les boissons fortes.

II. Ceux qui faisaient des retraites ou exercices spirituels, ou qui offraient leurs communions pour le soulagement des âmes du purgatoire pouvaient aussi gagner une indulgence plénière, en vertu d'Indults du St. Siège. J'ose solliciter de Votre Sainteté les mêmes avantages spirituels, c'est-à-dire :

1o En faveur des fidèles une indulgence plénière, une fois par année, lorsqu'ils feront une retraite d'au moins trois jours de

suite, pourvu qu'êtant contrits et ayant confessé leurs péchés, ils reçoivent la sainte communion et prient pour la propagation de la foi, cette indulgence applicable *per modum suffragii* aux âmes du purgatoire ;

2o La même indulgence pour les clercs chaque fois qu'ils font des exercices spirituels de trois jours ou plus, surtout à l'occasion de la réception des Saints Ordres ;

3o La même indulgence pour les prêtres qui feront cinq jours de retraite, même en particulier, aux mêmes conditions que les précédentes ;

4o Les indulgences accordées par Grégoire XVI, de S. mém. aux associés de la Tempérance du diocèse de Québec, par un Indult du 23 juin 1844 ;

5o Les indulgences accordées aux mêmes fidèles par le même Pontife, le 13 janvier 1833, pour les jours de la Toussaint, de la Commémoration des défunts et du dimanche dans l'octave de cette fête, en faveur des âmes détenues dans le purgatoire.

De Votre Sainteté le très-dévoué fils en N. S.,

JEAN, Ev. de S. G. de Rimouski.

Ex audience SSmi. diei 31 octobris 1867.

SSimus Duns Noster Pius Divina Providentia PP. IX, refrente me infrapto S. Congnis de propaganda fide Cardin. Profecto, preces R. P. D. Episcopi Oratoris benigne excipiens rescribi jussit quoad 1. 2. 3. pro gratia servatis forma et terminis precedentium concessionum : quoad 4. voluit ut et in erigenda pia Societate, et in indulgentiarum concessione servetur decretum latum pro archiepiscopo Quebecensi mense Julio 1852, eidemque communicato cum congrua instructione per litteras diei 28 Septembris ejusdem anni : annuit tandem quoad 5. servatis forma et terminis rescripti 13 januarii 1833.

Datum Romæ ex ædibus d. s. Congnis die et anno supradictis.

Gratis sine ulla omnino solutione quovis titulo

AL. CARD. BARNABO Prof.

INDULGENTIAE PRO MISSIONARIIS

*Beutissime Pater,*

Indulto diei 28 februarii 1836, Missionarii archidiœcesis Quebecensis qui, ob distantiam locorum, confessionis beneficio privantur, gaudent privilegio lucrandi indulgentias quibusdam pietatis exercitiis affixas, sine confessione actuali, pro omnibus illis casibus in quibus illam nisi difficillime adimplere possint.

Novæ Sti Germani de Rimouski diœcesis Missionarii, anxi sunt ne ex separatione recenti ab archidiœcesi, deinceps cum sibi confessarii copia deficiet, indulgentias Ecclesiae lucrari nequeant. Et ego ardenter cupiens ut bene meriti operarii in hac Vineæ Domini parte spiritualibus præsidiis affluant, instanter peto a Beatitudine Vestra ut idem Indultum meis missionariis concedatur.

Sanctitatis Vestræ humillimus servus

† JOANNES Epus. Sti. Gni. de Rimouski.

*Ex audiencia SSmi diei 12 Martii 1868.*

SSmus Dnus Noster Pius Divina Providentia PP. IX, referente me infrapto S. Congnis de Propaganda Fide card. Præfecto, benigne annuit in omnibus juxta petita, servatis tamen clausulis et conditionibus indulti 28 februarii 1836.

Datum Romæ ex d. aed. s. Congnis die et anno supradictis.

*Gratis sine ulla solutione quocumque titulo.*

AL. CARD. BARNABO, *Præf.*

CONCESSIO MISSÆ SOLEMNIS SS. RELIQUIARUM

*Sancti Germani*

Sacra Rituum Congregatio utendo facultatibus sibi specialiter à Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX tributis, ad enixas præces Rmi D. Joannis Langevin, Episcopi Sancti Germani benigne annuit ut in Ecclesiis Diœceseos suæ qua voluerint die ab Ordinario pro tempore pro singulis Ecclesiis designanda, unica Missa solemnis decantari valeat ut in Appendix Missalis

Romani in Festo SS. Reliquiarum; dummodo in designanda die non occurrat Duplex primæ vel secundæ Classis, Dominica privilegiata, Feria, Vigilia ac Octava itidem privilegiata: non omissa Missa conventuali vel parochiali, quatenus in dictis Ecclesiis illam celebrandi onus adsit, ac servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 23 Maii 1870.

*C. Epus Portuen et S. Rufinæ CARD. PATRIZI.*

*S. R. C. Praef.*

CONCESSIO OFFICII SS. ZENONIS ET SOC. MART

*Sancti Germani*

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX, referente infrascripto substituto Secretariæ Congregationis Sacrorum Rituum clementer deferens supplicibus votis Rmi. D. Joannis Langevin Episcopi Sancti Germani benigne annuit ut amodo a clero Diœcesis predictæ seculari et regulari Diœcesano kalendario utente, die IX. Julii persolvi valeat sub ritu duplice minori officium cum missa in honorem Sanctorum Zenonis et Sociorum Martyrum concessum Basilicæ Liberianæ in Urbe: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 24 Martii 1870.

*C. Epus Portuen. et S. Rufinæ CARD. PATRIZI*

*S. R. C. Praef.*

*Pro R. P. D. Dominico Bartolini Secrio*

*JOSEPHUS CICCOLINI Substus.*

PECULIARIS ORDO IN PROPRIS ECCLESIIS

*Illme et Rme Dne,*

Expositus A. Tua huic Sacrorum Rituum Congregationi Te statuisse ut a Parochis et Missionariis in ista Diœcesi existentibus peculiaris Ordo in propriis Ecclesiis Divini officii recitandi ac Sacrosancti Missæ Sacrificii celebrandi ad Te transmittenetur ut certo Tibi innotesceret num singuli hi Ordines ad Rubricarum

ramitem essent dispositi. Quum vero nonnulli de hac tua dispositione blaterant, exortum est in Te dubium num id ab Amplitudine Tua fuerit recte ordinatum et hujus Sacrae Congregationis sententiam hac de re exquisivisti. Subscriptus vero ejusdem Sacrae Congregationis Secretarius laudando zelum ac diligentiam Amplitudinis Tuæ certiorem Te reddit in dispositione a Te adhibita non solum nihil invenire reprehensione dignum, sed etiam esse laude dignam cum valde conducat ad augendum decorum Domus Dei et ut omnia recte et secundum ordinem fiant.

Dum autem haec Amplitudini Tuæ significat Eisdem diuturnam felicitatem ex animo adprecatur.


Amplitudinis Tuæ addictissimus famulus.

D. BARTOLINI S. R. C. Secretarius.

*Ex Secretaria Sacr. Rit. Congnis hac die 25. Maii. 1870*

*Rmo Domino*

*JOANNI LANGEVIN, Episcopo Sancti Germani.*



# INDEX

	<i>Fol.</i>
Acta primæ Synodi diœcesanæ Sti. Germani de Rimouski	3
Litteræ pro Synodi convocatione.....	3
Congregatio præliminaria.....	6
Ordo in prima Synodo.....	6
Modus vivendi in Synodo.....	8
Prima Sessio Solemnis.....	9
Sermo ad Synodum diœcesanam.....	9
De aperienda Synodo.....	11
De non discedendo a Synodo.....	11
De nominum proclamatione.....	12
Nomina eorum qui ad Synodum vocati sunt.....	12
Nomina officialium.....	14
Nomina eorum quibus constabunt Congregationes.....	15
De judicibus querelarum et excusationum.....	15
De professione fidei.....	16
De supplicationibus.....	16
De residentia.....	17
Excerptum ex decreto de Reform. S. Conc. Trid.....	17
Excerptum ex decreto XV. Cone. Prov. Queb. II.....	18
Congregationes privatæ.....	19
Prima Congregatio generalis.....	20
Secunda Sessio solemnis.....	20
De decretis IV. Queb. Conc. Provine.....	21
Congregationes privatæ.....	21
Tertia Congregatio generalis.....	21
Quarta et ultima Congregatio generalis.....	22
Tertia et ultima Sessio solemnis.....	22
De statutis diœcesanis.....	22
Relatio judicium querelarum et excusationum.....	23
Constitutiones Synodales.....	25

<i>Fol.</i>		<i>Fol.</i>
	Mandatum.....	25
3	I. De hierarchia diœcesana.....	26
3	II. De voatione ad clericalem statum.....	28
6	III. De presbyterorum famulabus.....	28
6	IV. De stipendio vicariorum.....	28
8	V. De veneratione ac devotione SS. Eucharistiae exhibendis .....	29
9	VI. De stipendio pro celebratione Missæ.....	30
11	VII. De Sacris Oleis.....	30
11	VIII. De verbi divini prædicatione.....	31
12	IX. De Catechesibus.....	32
12	X. De parvulorum confessionibus.....	33
14	XI. De scholis.....	33
15	XII. De Bibliothecis parochialibus.....	34
15	XIII. De Cæremoniali.....	34
16	XIV. De Cantu.....	34
16	XV. De non discedendo ab ecclesia perdurante missa solemnni .....	35
17	XVI. De perjurio.....	35
17	XVII. De intemperantia.....	35
18	XVIII. De luxu.....	36
19	XIX. De amicitiis ante matrimonium.....	38
20	XX. De choreis.....	37
20	XXI. De bonis ex naufragiis provenientibus.....	38
21	Appendix.....	40
21	Indulgentia festi vel solemnitatis titularis.....	40
21	Facultas pro erectione sodalitatum.....	41
21	Concessio plurium indulgentiarum.....	41
22	Indulgentia pro Missionariis.....	43
22	Concessio missæ solemnis SS. Reliquiarum.....	43
22	Concessio officii SS. Zenonis et Soc. mart.....	44
23	Peculiaris Ordo in propriis ecclesiis.....	44
25		



